

Witzze Poenas. &c. Sed praeter haec etiam secundae Manus *Notata* tot Glossematibus scatet pretiosus *Codex*, ut *Glossaria* nostra *Theotisca* non parum inde ditari possent.

VI. f. 37.

XCIX.

834 Codex chartaceus lat. hisp. Sec. XVI. Folior. 158. 8. complectitur: I. *Bartholomaei de Valverde et Gandia Villenatis Castellani* S. T. D. et Imp. *Caroli V.* Regisque *Philippi II.* Sacellani *Praefationem* Commentariorum suorum in *Cantica Canticorum*, quam ita inscribit: *Inuictissime Imperator, Domine Clementiss.* Inter praecleara *Diuinae Legis* monumenta *Dominum* aliquando *Israe-litis* praecepisse legimus: *Non apparebis in conspectu meo vacuus. Ea est causa, quod exiguam quandam alterius e nostris lucubrationibus particulam, quoniam maiora non possumus, Tibi offerimus; ex his enim Tua Maiestas intelliget, qualia futura sint, quae suo honorificentissimo Priuilegio communiuerit, et cuiusmodi rebus otium vitae nostrae consumamus. Quae si haecenus euulgata non sunt, non voluntati, sed fortunae nostrae tribuendum. Vtramque, Imperator optime, habes in Tua potestate, cuius clementiae mea omnia commendo. T. Caesar. Maieft. humill. Sacell. B. Valv.* Ex his conficitur gemino Operi tunc insudasse *Nostrium*, alteri, nempe *Expositioni Cantici Cant.* alteri vero fortasse *Libris Σπουδασμάτων* XXX.

quos illum ad annum 1589. paratos habuisse testatur *Nic. Antonius Bibl. Hisp. nov. T. I.* utriusq. Edit. Neutrum tamen lucem vidit, quamvis *Commentarii*, ut audivimus, jam *Caesaris* autoritate muniti forent. Quo referre licet, quod *Autor* de fortuna sua queratur. Neque adeo ex *Antonio* cit. liquet, utrum geminum istud *Opus* etiamnum superfit. Itaque alterius *Praefatio*, ut *Tabula* e naufragio, in portum *Bibliothecae* nostrae enavit. Inscribitur vero ea: *Praefatio Bartolomei Valverde, ex suis Commentarijs in Cantica Cantic.* et incipit: *Quae res in suo genere praeclarae sunt et eximiae, eas Diuini Scriptores, iuxta Hebraeae Linguae proprietatem, eiusdem vocis explicant geminatione, cuius alteram partem Paternus, Nominandi casus obtineat alteram.* Istud porro exemplis: *Coeli Coelorum, Sancta Sanctorum, Sabbata Sabbatorum, Vanitas Vanitatum*, confirmatur. Agitur deinceps de *Causa*, cur *Salomon* *Titulum* hunc sacro suo *Bucolico* praefixerit, de aliis ejus *Operibus*, de *sacrae Poeseos* *Biblicae* *Monumentis* generatim, cur *Canticis Cantic.* *Autor* solum *Salomonis* nomen absque addito *Filii David*, aut *Regis Israel* aut *Jerusalem* adscripserit, illum duas *Philosophiae* partes, quarum altera in *vitae institutione*, altera in *explicanda Natura* versatur, *Proverbiis* et *Ecclesiaste* fuisse complexum, μετα τα Φυσικα vero, nobilissimam *Philosophiae* portionem, *Epithalamio* suo refer-
vasse,

vasse, vetustissimum illum esse *Επιθαλαμιογραφον*. Demum de Difficultate hujus Epithalamii, de Interpretibus Moralia tantum et Anagogica festatis, deque sensu Literae parum sollicitis agitur, ubi inter alia: *Primus Origenes — duabus, Hieronymus vero quatuor editis Homilijs vix ultra secundum caput processerunt, Bernardus octoginta Concionibus ne tertium attigit, Nyssenus in medio constitit, Beda illorum vestigijs progressus haeret in Anagogijs.* Tractatio de Forma et Autoritate *Cantici Cant.* Praefationem hanc folide et copiose eruditam, quaeque Commentarii ipsius desiderium acuat, terminat, cujus scriptae tempus ex ultimis verbis liquet; ait enim Autor *Canticorum* Librum inter Canonicas Scripturas habendum, *nuper referente sancta Synodo, videlicet Tridentina.*

II. fol. 66. *Vocablos Castellanos, cuya origen es de las Lenguas Griega, Latina, Hebrea, Caldea, Arauiga. Deduzidos por el mesmo Autor.* Etymologicon istud confirmat *Την Πολυγλωττιαν Hispani* nostri. Nihil de eo *Nic. Antonius*, nec nuperi *Bibliothecae* ejus restauratores. Neque ejus mentionem in *Bernardi Aldrete Origen y Principio de la Lengua Castell.* aut in *Sebast. Covarruvias Tesoro de la Lengua Cast.* aut in *Reg. Academiae Matrit. Dictionario* fieri memini, quibus tamen omnibus antiquitate praestat. Praemisit vero Autor eruditam de necessitate et ratione Studii etymo-

logici *Commentationem, quae incipit: En las Etymologias de los vocablos Castellanos, pues se sabe la confusion, que hay en todas las Lenguas desde la torre de Babilon hasta aora, quando en la propria materna no se balla la Origen, a se de acudir a la Lengua, que ultimamente se estendio per Hespanna por la nacion, que la sugeto, com o la Arauiga. Si alli falta, a la Latina, que traxeron los Romanos, quando la sugetaron, o Griega, pues hay fundaciones y antiguallas de Griegos por toda Hespanna.* Et interposita *narratiuncula de Saxo Matriti* reposito cum insculpto Dracone, quem ad *Epaminondam ex Pausania* referendum censet, prosequitur: *Pues non ballandose la Etymologia del vocablo Castellano en la Arauiga, Latina, ni Griega, lo seguro y cierto es, acudir a la fuente y madre de todas las Lenguas, que es la Hebrea mayormente hauiendo dexado los Judios en Hespanna vocablos infinitos, como parecera despues.* Subdit ingeniose: *Y como el otro dixo a Cesar, por no consentarle vn vocablo de qui el mucho vsaua: Ciuitatem dare potes, Verba dare non potes, Caesar! assi tambien aunque los Reyes Catholicos echaron los Judios de Hespanna, non pudieron desarraygar muchos vocablos, que ellos hauian introduzido.* Plenius dixisset *Noster*, si vel omissa *Latina*, cujus alioqui filiam esse *Hispanicam*, nemo est, qui nesciat, ad *Gotthicam* linguam etiam ablegasset *Derivationum inquisitores, id, quod*

deinceps fecit *Aldretus cit. L. III. c. 14.* At ille innixus *Platonis Dialogo Cratylo* five *περι ὀνομα- των ὁρθότητος* et *Varronis L. IV. de Lingua lat.* Regulas tradere etymologicas instituit, quas exemplis passim illustrat. Ita *Praefationem* emensus. Vocabula, quorum *Origines* exponit, aggreditur, ducto a Verbo *Algibe* initio, de quo in hunc modum: *Algibe. La primera syllaba es annadida, ni es de substancia al vocablo. Es el commun articulo Arauigo J' al, que suelen ellos anteponer a los mas nombres. Lo de mas es el proprio Thema o (como los Hebreos dicen) Rayz Hebraea* אבא Gibe, Guba, Gob, *De todas maneras podemos dezir, por la fecundidad de aquella Lengua, quando no tiene vocales, como en su principio no tuuo. S. Geronymo dize Guba, aunque todas las impresiones, que he visto, y aun la vlti-*

*ma de Manutio de Roma, estan erradas, que ponen Cuba por Guba, pues Gibe, Goba, o Guba (que el Arauigo mudando la g y b en ch y f dize *چو* Chef) es en la lengua Hebraea Concauidad, Hueco, Fosso, y mas propriamente Cisterna, como dize S. Geronymo en la vida de Paulo Eremita. Aora es de ver, la fecundidad de la Lengua Hebraea, que de aquellas tres Letras אבא (y aun dos podemos dezir; que en muchos lugares de la Escritura hallo solo el אבא Gab o Gob sin la ultima א) oso dezir, que salen el latino Cauitas (u por b) Concauum, Cauea, Gibbus, Gibbosus, y nuestro Cueva, Cuevoano, Giba, Gauia, de Cauea, que deteniam los animales cerrados para los juegos y fiestas; esso es Cauea. Ad hunc modum exponuntur Derivationes, quarum Elenchum adscribere non piget.*

do temian

Alquitara.	Almanach.	Artefa.	Annino.
Algarauia.	Alfenique.	Adreçar. *	Arrope.
Algemia. *	Alberca.	Aceuedar. *	Alma.
Almagesto.	Afquerofo.	Alua.	Albudeca.
Ahogar.	Alfahar.	Açucena.	Brafa.
Algarraua. *	Adarme.	Anno.	Barrio.
Algodon.	Alcuça.	Albricias.	Bando.
Alcreuite.	Almirante.	Açote.	Banquete.
Albanni.	Afir.	Alnado.	Bifagra.
Alguazil.	Antruejo.	Adelantado.	Barato.
Annafil.	Alcarria.	Ama.	Batalla.
Anfias.	Alquimia.	Aluarcoque.	Blanco.
Arcaz. *	Almojuauana.	Aguijar. *	Çaragueles. *
Alhazena.	Atenor. *	Ahijar.	Canna.
Açuda.	Almohada.	Adufle. *	Cancel.
Afan.	Albornoz.	Açacan.	Cominos.
Alcauala.	Alcohol.	Alferez.	Cuerno.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11744

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

275

C O D I C E S

276

Carreta.	Fuftan.	Nariz.	Suenno.
Cafcajo.	Forma.	Niebla.	Segur.
Cueruo.	Feria.	Nauas.	Sanna.
Camello.	Golfo.	Omenage.	Sotano.
Carmefi.	Galizia.	Oxala.	Toldo.
Calatayud.	Holgazan.	Parque.	Tahona.
Calauera.	Harda.	Partir.	Tou. *
Chifmas.	Hofco.	Page.	Turmache. *
Dianno. *	Italia. *	Parra.	Toro.
Derecho.	Lança.	Palermo. *	Toledo.
Efquilmó.	Lanprea.	Pulilla.	Trama.
Embaxador.	Madexa.	Ponçona.	Tierno.
Enfalçar.	Mazmorra.	Pauilo.	Treguas.
Edad.	Machina. *	Percha.	Tilde.
Efcabeche.	Moftacho.	Perexil.	Taharra. *
Efcudo.	Malfin.	Recamo.	Vano. *
Endechas.	Marfil.	Ribaldo. *	Voluntad. *
Emera. *	Maranna.	Ruin.	Vaca.
Filaterias.	Mecha.	Reues.	Zaque.
Fabula.	Mucho.	Razon.	

Quae *Asterisco* notata sunt Vocabula, in *Covarruviae Thesauro* deesse puto. Verum et multa, quae cum eo communia habet, aliter derivat Noster, in quo an non Pseudetymis subin indulgeat, id, quod de *Platone* non est veritus dicere *Aeg. Menagius*, penes *Hispanos* literatos, si forte *Libellus* in lucem eluctetur, iudicium esto. De *Valverdio* nostro adi etiam *Colomesii Hispaniam Orient.* edit. *Hamburg.* 1730. p. 240. 4. ego vero, quo doctus hic Vir in nostram Gentem animo fuerit, e Praefatione ejus *Gnomologiae ex Sanctis Patribus* editae *Venet.* 1590. 4. adscribam. Sed quid dixi tuos Germanos (ita ad Albertum Card. Austr.) cum meos dicere iure potuissim? Meos enim existimo, propterea quod eos

omnes summo semper amore sum profecutus, posteaquam in *Bohemiam* me contuli, ubi quadriennium ferme commoratus, benigne, humaniter, liberaliterque a sanctissimis illis *Episcopis*, et principibus atque proceribus, cunctisque nobilibus fui semper acceptus, et in primis ab ipso etiam *Imperatore* &c. Atque hic in *Rudolphi II.* laudes abit.

C. VII. 9. 4.

Codex chartaceus lat. boh. 55².
Sec. XV. Folior. 297. 4. caractere atro, crasso perscriptus, minioque notatus est *Commentarius* in *Librum Sapientiae*. Praemissa ad Deum *Oratione*, quae incipit: *Presta domine legentibus profectum, querentibus legem tuam remi-*